





1. Carpzov, Christian : De legitima, quae vocatur ab
Hobornano quarta legitimaria. 1631.
2. Crull, Cornelius : Ad pacificationem religiosam Augus.
tanam 16 anni 1655. 1631.
3. Carpzov, Konrad : De tribus hereditatem aduendi modis
et inventarii confectioe. 1631.
4. Carpzov, Konrad : De tribus hereditatem aduendi modis
et inventarii confectioe. 1631.
5. Carpzov, Konrad : De pignoratibus et hypothecis. 1631.
6. Grosse, Henning : De iurisdictione. 1631.
7. Grosse, Henning : De iudiciis in genere. 1631.
8. Grosse, Henning : De translatione Imperii Rom.
in Graecis ad Germanos, Moderno Imperii statu,
et eius iurisdictione. 1631.
9. Grosse, Henning : De iurisdictione. 1631.
10. Krenkerzsch, Christian : De iuribus ac rebus bellicis. 1631.
11. Rentsch, Gottfried : De instrumentis, sive litterariis
documentis, 1631.
12. Spelling, Johann : Decas axiomaticum physicorum.
1631.
13. Carpzov, Christian : De mora. 1632.
14. Carpzov, August : De legatis et fideicommissis. 1632.

15. Grone, Henning : De donationibus. 1631.
16. Grone, Henning : De testamentis. 1632.
17. Peltzhofer, Joh. Georg : Artis medicae studiosis, 1631.
18. ¹⁶³⁵ ~~Seyffardt~~ ¹⁶³² Konrad : De jure collectandi, 1632.
19. Grone, Henning : De indebiti solutione. 1633.
20. Grone, Henning : De mutuo. 1633.
21. Olearius, Gottfr. : De iustitia et jure 1633.
22. Strauch, Johann : De testamentis. 1634.
23. Lappze, Conrad : De pactis successivis 1635.
24. Grone, Henning : De effectibus sine potius
injuriarum. 1635.
25. Grone, Henning : De tutela et cura. 1635.
26. Grone, Henning : De crimine laesae maje-
statis divinae et humanae. 1635.
27. Praetorius, Friedrich : De donationibus 1635.
28. Praetorius, Friedrich : De furtis 1635.
29. Strauch, Johann : De foro competente. 1635.
30. Strauch, Johann : De jure protomisius seu
retractus. 1635.
31. Taubmann, Christian : Regulae I... ad proceus.
I... de iustitia et jure. 1635.
32. ~~Taubmann~~ ¹⁶³⁵ Grone, Henning : De commutato, 1636.

33. Nothnagel, Christophorus : De triplicium, circa
orbium corporum, celestium dispositionem
sive systema mundi; Hypothesium, nempe Ptole-
micarum, Copernicarum et Tychopticarum
comparatione et electu. 1636.
34. Krauch, Joh. : De concursu ac praelatione credito-
rum. 1636.
35. Froese, Henning : De beneficio cessionis bonorum. 1637.
36. Froese, Henning : De in integrum restitutione. 1637.
37. Nothnagel Christophorus : De calendario Gregoriano. 1637.
38. Kemmer, Ferencius : De proxi. secundae instantiae
et quidem De appellationibus. 1637.
39. Kemmer, Ferencius : De sententia. 1637.
40. Schneider, Michael : Oratio in obitum ---
Johannis Gerhardi. . . publice recitata in celeberrima
Academia Wittenbergensi. 1637.
41. Krauch, Johannes : De lerbis interuentio. 1637.
42. Jambmann, Christianus : De testamentis. 1637.

[Faint, illegible handwriting on aged paper]



1476
Z
DISPUTATIO JURIDICA
DE LEGITIMA, 1631
quæ vocatur ab Hotomano

18
QUARTA LE
GITIMARIA.

Quam

DEO BENIGNISSIMO PROSPERANTE;
Magnifico & Amplissimo Jctorum Ordine, in
Academia VVittebergensi, annuente;

SUB PRÆSIDIO

Viri Excellentiss. Clarissimi ac Consultissimi

DN. CHRISTIANI CARPZOVII

J. U. Doctoris, Præceptoris ac Fautoris sui
summò honore prosequendi;

Publicè ventilandam proponit

JOHANNES ADOLPHUS KILMAN

Itzehoà Hofstus.

Habebitur ad diem 3. Octobris

In Auditorio Jctorum.

Horis à 7. matutinis,

W I T E B E R G Æ,

Ex Officina Heredum JOHANNIS GORMANNI,
ANNO M. D. C. XXXI.



DISCRETIO IUDICIA
DE LEGITIMA
QUE FORIS SE HABENT

QUINTA
PARTIA

DE LEGITIMA
QUE FORIS SE HABENT

DE LEGITIMA
QUE FORIS SE HABENT

DE LEGITIMA
QUE FORIS SE HABENT

DE LEGITIMA
QUE FORIS SE HABENT

DE LEGITIMA
QUE FORIS SE HABENT

DE LEGITIMA
QUE FORIS SE HABENT

DE LEGITIMA
QUE FORIS SE HABENT



IN NOMINE DOMINI NO-
STRI JESU CHRISTI.

Quæstio I.

Quid sit Legitima?



N jure nostro sæpiùs fit mentio quartæ, quæ non est una & eadem, septem enim quartæ reperiuntur, quas collegit Rittershus. *ad Novell. part. 6. cap. 4. num. 5.* I. est quarta Falcidia; quam detrahit heres de legatis, supra dodrantem relictis, de qua titulus *in Inst. de Lege Falcid & in Digest. ac Cod. tit. ad L. Falcid. nec non Novell. 1. de heredibus & Falcidia.* II. Est quarta Trebellianica, quam detrahit heres institutus, & fideicommissò gravatus, sive rogatus alteri hereditatem restituere, de qua agitur *tit. ff. & C. ad SC. Trebell. & tit. Institut. de fideicommiss. heredit.* III. est quarta Divi Pii, quæ competit filio arrogato ex bonis arrogatoris *§. cum autem 3. Inst. de Adopt. l. si arrogator 22. §. 1. ff. eod.* IV. est quarta, quæ datur filio naturali, quem pater, non habens filios legitimos, obtulit curiæ *Nou. 89. cap. 6. V.* est quarta, quæ ab intestato debetur filio naturali tantum *Nou. 18. cap. 5.* VI. est quarta, quæ debetur Cõjugi superstiti, inopiã laboranti, ex bonis præmortui conjugis: de qua *Nou. 117. cap. 5.* VII. Denique est quarta, quæ

ta, quæ vocatur LEGITIMA, ab Hotomano in *Traâtat. de quart. legitim.* quarta legitimaria, ubi & in pag. (*mibi*) 14. num. 20. rationem assignat, quare legitimam quartam Legitimariam assignandam putaverit, & hoc modo recensentur à Rittersh. *d. loc.* de ultimâ tantum brevibus hac vice agemus. Initiò verò nò immeritò de definitione hujus Legitimæ, sive quartæ Legitimariæ quæritur, quæ passim à Dd. in *§. sed hæc ita 3. Instit. de inoff. testam.* describitur, quorum unanimis descriptio hæc est, quod sit congrua portio ejus, quod quis jure Legitimæ successionis ab intestato habiturus esset. *Vultej. ad §. 7. Instit. de inoff. testam. num. 2. Schneid. d. loc. nu. 8. Donell. lib. 19. comm. cap. 4. n. 60. & seq. Rosenth. de feud. cap. 7. conclus. 13. n. 3. tom. 1.* Quæ germanicò nostro Idiomate dici solet, *die gesazte ordentliche nach dem Gesetz natürliche gebühr/oder pflicht theil Ruding. cent. 1. observ. 28.* vocat den gebührende antheil. Ex quâ descriptione apparet, quod Legitima nò sit portio totius substantiæ, ut *Stephan. in æconom. pract. jur. univers. lib. 3. cap. 20. num. 2. Salicetus & alii voluerunt*, sed tantum illius portionis sive partis, quam exheredatus vel prætëritus, si hereditas ab intestato delata fuisset, habiturus esset, idq; probatur *l. Papinianus 8. §. si quis 6. ff. de inoff. testam. l. Parentibus 8. princ. C. de inoff. test. Donell. d. loc. & Dd. communiter ad §. 3. Instit. de inoff. testam.*

QUÆSTIO II.

Unde dicatur Legitima?

Varias quidem Legitima appellationes habet, vocatur enim, debitum bonorù subsidium *l. si totas 5. C. de inoff. donat. debita portio l. Papinianus 8. §. unde si 11. ff. de inoff. testam. debitum*

bitum naturale, *Auth. hoc amplius C. de fideicommiss. debi-*
tum naturæ Novell. 1. in prefat. vers. primum itaq; 2. portio
substantiæ, Auth. novissima C. de inoff. testam. quarta legiti-
mæ partis l. 8. C. de inoff. testam. quarta naturæ, seu quarta
jure naturæ debita c. Rainald. 18. circ. med. extr. de testam.
29. in Nou. 18. & νόμιμον δάχ. à Constantin. Harmenop.
Epit. lib. 5. tit. de Falcid. & νόμιμον μέγ. à Zonara in Theodos.
lun. Vulgari tamen nomine Legitima appellatur, sicuti
enim tutela vocatur legitima, quæ immediatè ex legis
dispositione, absq; facto hominis descendit l. legitimos s.
ff. de legit. tutor, Ita & legitima nomen adepta est à lege,
non enim tantum legibus constituitur & confirmatur,
sed etiam à sola lege data & constituta est, sine ullà ho-
minis provisione, secus ac quarta Falcidia, hæc enim he-
redibus quidem ex L. Falcidia tribuitur, sed ex parte à ju-
dicio testatoris quodammodo proficiscitur, cui non de-
beretur, si testator eum non heredem instituisset Donell.
19. Comm. c. 4. Claud. Battandier in tract. de legitim. c. 2. num. 1.

QUÆSTIO III.

Quò jure Legitima sit introducta?

Quod atinet originem Legitimæ, Dd. inter se non
conveniunt, quidam enim juri divino, quidam juri na-
turæ, quidam juri civili Legitimæ originem adscribunt,
& certè nullum dubium est, quod omni jure debeatur
Legitima, de jure quidem divino, ut colligunt ex *Apostoli*
dicto 2. Cor. 12. ubi dicitur, quod parentes filiis debeant
thesaurizare, de jure verò naturæ l. 7. s. 1 ff. unde liberi, ju-
re canonico cap. Rainut. 9. Extr. de test. de jure civili Inst.

ff. § C. de inoff. testam. sed ex quo jure orta sit, in contro-
versia est. Verum verior est opinio illorum, qui defen-
dunt, quod origo legitimæ sit ex jure naturali, l. scimus
36. §. illud. 2. in verb. ne filius defraudetur debito naturali & C.
C. de inoff. testam. Neque contrarii quicquam probant
Dd. objectiones, ad quas omnes hæc distinctione respon-
deri poterit, quod sit distinguendū inter legitimam per
se & legitimam quātitatē, legitimam per se ex jure natura
descendere, uti satis probatur per Nov. 1. in princ. vers. pri-
mum itaq; ubi expressè dicitur: Legitimam ascendētib;
& descendētib; secundū naturam deberi, quantitatem
verò legitimæ legibus & constitutionibus definitam esse
l. 36. §. 1. C. de inoff. test. Nec dubitandum est de fratrum
legitima, num & hæc jure natura descendat, idem enim,
quod de parentum & liberorum, de fratrum legitima
affirmandum est, quia eo casu, quò fratrib; legitima
debetur, jus natura requirere videtur, ut fratres potiùs
heredes instituantur, quam extraneæ, & quidem turpes
personæ. Dd. cōm. ad Authent. novissima C. de inoff. test. Petr.
Gregor. Tholosan. in Syntagm. jur. lib. 44. cap. 5. n. 10. Et quan-
quam frater fratri vel soror sorori non tantūm debeat,
quantum parentes liberis, vel liberi parentibus: eò ta-
men ipsò officium pietatis violatur, quod frater vel so-
ror turpes & infames personas fratrib; & sororibus, &
quidem immerentibus, præfert, docente & dicente Har-
prechto ad §. non autem 1. Inst. de inoff. testam. num. 23.

QUÆSTIO IV.

Quare Legitima sit introducta?

Ratio, quare legitima sit introducta, alia juris natu-
ralis, alia juris civilis est. Juris naturalis est ratio ali-
mento.

mentororum. Parentes enim liberos alere tenentur, quod
pertinet ad educationem, quæ juri naturali adscribitur
l. juri. 1. §. 3. ff. de l. & lure. Princ. Inst. de jur. Natural. gent.
& Civil. ad quod Rittersb. Vultej. Mynsing. Wesenb. & Dd.
communiter & in l. un. §. taceat §. C. de rei uxor. act. Justini-
anus inquit. Naturalis stimulus parentes ad liberorum
suorum educationem hortatur. Et scitè Aristoteles *lib.*
1. polit. cap. ult. Naturæ, ait, munus est, alimentum iis,
quæ procreavit, præbere. Hinc fit, quod liberi non so-
lùm in potestate constituti, sed & emancipatione vel alia
ex causa ab ea liberati, à parentibus ali debeant. *l. 1. §. 5.*
ff. de Agnos. & alend. liberis. Requirit enim hoc paterna-
pietas *l. final. C. de alend. liber. & parent.* Imò necare vide-
tur, qui non alit *l. 4. ff. de Agnos. & alend. liber.* Et quod
magis est, liberis sive ex concubinato, sive ex adulterio,
sive ex incestu procreatis, alimenta à patre præstanda
sunt, *c. cum haberet §. Extr. de eo qui duxit in matrimonium*
& c. Idq; ex æquitate Canonica, quæ non solùm in terris
Pontifici Romano subjectis, sed & in terris Imperii ob-
servatur, teste *Coker. in tract. de aliment. lib. 1. cap. 3. num. 8.*
ubi multos allegat etiam in harum terrarum Consisto-
riis. Vid. etiam *Ioach. à Beust. in tract. connub. part. 2. cap. 60.*
Et extat constitutio Augusti *part. 4. const. 28.* qua stupra-
tor virginis vel viduæ præter dotationem etiam partum
seu infantem alere tenetur, ibi: *da eine ledige Manspers*
son eine Jungfraw / oder vnberüchtige Witbe beschläffe / vnd
er (wie doch billig geschicht) dieselb zur Ehe nit nehmen wil /
so sol er sic shres standes vnd herkommens nach dotiren,
vnd da sie von ihm Leibesfrucht hat / dieselbige auff Gerichte-
liche ermesigung / alimentiren, vñ darüber mit zeitlichem
Gefengnis gestraffe werden &c. Non autem solùm paren-
tes

tes liberos, sed & liberi parentes naturali ratione alere tenentur, *l. si quis sprinc. §. 16. ff. de agnosc. & al. lib. l. 1 & 2. C. de alend. lib. ac parentibus*. Sic & frater fratrem & sororem egentes alere tenetur, *l. 73. §. manet final. ff. de jur. dot. l. 1. §. 2. ff. de tutel. & ration. distrab.* Quia proinde liberis à parentibus, parentibus à liberis, & fratribus ac sororibus ab iisdem alimenta debentur, introduxit jus naturæ. ut personis illis defunctis loco alimentorum debeatur legitima, uti demonstratur ex *Novell. 18. cap. 3.*

Juris civilis legitimæ ratio est favor Testamentorum, ut videlicet suprema hominum judicia conserventur *Claud. Battand. de legit. cap. 3. num. 16.* Non enim videbatur justum esse, liberam cuiq; testandi aufferri facultatem, quod fieret, si filii aut parentes vel fratres nobis in omnibus instituendi: hanc igitur rem ita moderati sunt juris civilis Cōditores, ut sufficeret, quartam cuiq; istorum relinquere, *Franc. Connan. lib. 9. Commentar. c. 10. n. 1.*

QUÆSTIO V.

Quanta, sive quot a pars sit Legitima?

Non semper una & eadem fuit Legitimæ quantitas, olim enim erat quatta pars omnium bonorum, & hæc legitima ob id quarta dicebatur, & erat quarta pars ejus, quod ad filium esset perventurum, si intestatus paterfamilias decessisset *l. Papinianus 8. §. 6. ff. de inoff. testam. l. 8. l. 31. l. 36. §. 1. C. cod. tit. Valent. Forster, de success. lib. 1. cap. 34. n. 12.* Justinianus autem in liberorum favore auxit legitimæ quantitatem, ut nunc triens nūc semis esset, triens quidem, si liberi pauciores essent quam quatuor, vel etiam quatuor, semis autem si liberi plures essent, quam qua-

quatuor. Quæ legitimæ quantitas sequentibus versiculis continetur:

*Quatuor aut infra dant natis jura trientem,
Semissem verò dant natis quing, vel ultra:
Arbitrium sequitur substantia cætera patris.*

Post Gloss. Schneidevvin. ad §. sed hæc ita Inst. de inoff. Testam. num. 8. Vultej. in Consil. Marburg. 29. num. 128. vol. 1. Et hanc juris mutationem fecit Justinianus Nov. 18. ex quâ desumpta est Auth. novissima C. de inoff. Testam. Hæcque causa est, propter quam Novell. 18. apud veterem interpret. inscribitur de *Triente & Semisse*, quamvis sit alia *Triginta* apud Cuj. ex Cod. Reg. videlicet, de hereditaria portione. Et alia apud Haloandrum, uti videre est in edit. jur. civil. Ruffardi.

QUÆSTIO VI.

An parentum Legitima sit aucta?

Quod Parentum etiam Legitima sit aucta, non leves suadent rationes. Generaliter enim ait Justinianus in Novell. 18. cap. 1. in fin. quod hoc debeat observari in omnibus personis, in quibus ab initio antiquæ quartæ ratio de inofficioso lege decreta est. Unde tale producitur argumentum: Quibuscunque competit Querela de inofficioso testamento ipsorum Legitima est aucta. At qui parentibus competit querela de inofficioso Testamento, Ergo Parentum legitima est aucta. Major satis est probata est ex *l. i. l. pater. 14. §. l. seq. ff. de inoff. testam.* in quibus dicitur parentibus inofficiosi querelam non fuisse denegatam. Facit etiam quod statutum

B

tutum

rum in uno correlativorum, statutum quoque cen-
seatur in altero *l. final. C. de indict. viduit. tollend. l. 1. C.
de cupressis*. Et quamvis in contrarium disputent Bronch-
cent. *1. Miscellan. controvers. Assert. 36.* & Claud. de Battan-
dier in tract. de legit. cap. 4. num. 31. Hæc tamen nostra
opinio vera & communis Dd. est. Roland. à Valle Con-
sil. 39. lib. 3. Cui. in d. Novell. 18. Cravetta consil. 110. num.
3. Wesenb. in parat. C. de inoff. testam. num. 15. & multi alii.
Hancque approbavit etiam Elector Augustus part. 3.
constit. 12. ibi in Rubr. **Ob die Legitima oder der drit-
te theil/ welcher den Eltern aus der Kinder Erbschafft
gebühret &c. & in ipso textu, ibi: So sol auff den fall
die Legitima oder der dritte theil des verstorbenen Kind-
des verlassenschafft den Eltern folgen/ vnd zuerkandt wer-
den.**

QUÆSTIO VII.

An Fratrum Legitima sit aucta?

Dubitant permulti de Fratrum Legitima, an illa sit au-
cta, sed eodem argumēto, quò in præcedente quæstione
Auctio legitimæ parentum fuit probata, firmiter &
fundamentaliter satis evincitur, fratrum quoque le-
gitimam auctam esse, nullum enim dubium est, fra-
tribus quoque jure antiquo querelam in officiosi com-
petuisse, *l. v. Inst. de inoff. testam. l. fratres 27. C. eod. tit.*
Bachou. quidem textum cap. 1. Nou. 18. intelligit de his
personis, quæ jure suo legitimam petunt, cum fra-
tribus tantum ex accidenti & odio heredis instituti,
videli-

videlicet turpis personæ, querela concedatur. Verum generalitas textus hanc restrictionem non patitur, & cum restrictio hæc planè sit divinatoria, eadem facilitate, quâ affertur, rejici potest. Nec impedit, quod Imperator loquatur de illis personis, quibus ab initio competierit querela, nam verba illa *ab initio* nihil aliud significant, quàm secundum jura vetera, seu ea, quæ priora sunt *Nov. 18.* ut per initium intelligatur primum illud tempus, quò querela inofficiosa introducta fuit, & hanc sententiam defendunt, *Cuj. ad Nov. 18. post pr. Fachin. lib. 4. Controvers. cap. 22. Gilch. de inoff. testam. num. 23.*

QUÆSTIO VIII.

An Conjugum Legitima sit aucta?

De portione, quæ ex lege, consuetudine vel statuto Conjugi superstiti debetur, & à Dd. Legitima vocatur, non immeritò quæstio movetur, an illa sit aucta? Verior apparet negativa sententia, quanquam enim à Dd. ut à *Loach. à Beust. ad l. 1. ff. de jur. jurand. num. 186.* Legitima appellatur, hoc tamen debitum si propriè loqui velimus, non legitima, sed potius legalis vel statuta portio dicenda est. Deinde portio illa non jure antiquò, sed jure novò, nimirum *Auth. præterea C. unde vir & uxor.* Vel secundum statuta & consuetudines locorum debetur, sicuti factus videlicet licet apud *Loach. à Beust. in alleg. loc.*

QUÆSTIO IX.

*An Legitima sit pars hereditatis, an
verò bonorum?*

Probabilior est hæc opinio, quod non hereditatis sed bonorum quota sive pars sit Legitima, Imperator enim Antoninus verbis expressis illam quartam bonorum appellat *in l. cum queritur 6. C. de inoff. testam.* in qua etiam Lege d. Imper. rescribit, quod filius à querela inofficiosi excludatur, si habuerit quartam bonorum, quæ reliquit pater mortis tempore: Si autem legitima esset quarta hereditatis, non mortis tempus inspiceretur, sed augmentum vel decrementum hereditatis filio prodesset, vel obesset. Hancq; sententiam tanquam veriolem sequuntur *Bartol. in l. ex factioff. de hered. instituend. Iason. ad Auth. novissima C. de inoff. Testament. num. 3. Sichard. ibid. num. 3. & seqq. Menoch. de adipiscend. possess. remed. 4. num. 62. Francisc. Mantua de Conjectur. ultimar. volunt lib. 7. Tit. 8. num. 6. Anton. Fab. 14. error. pragmaticor. Schurff. Centur. I. Consil. 96. n. 10. & II. qui sufficienter ad contraria Dd. argumenta respondent.*

QUÆSTIO X.

An Filius à patre heres institutus, hereditatem repudiare, & legitimam accipere possit?

Decius, Socinus & Petr. Gilck ad l. hæres instituta 6. C.

*o. C. de impuber. & al. substitut. negativam sententiam
judicant probabiliorem, sed verior videtur affirmativa
per l. si libertus patrono 41. ff. de bon. libertor. ubi Patronus,
cui aliquis substitutus est, repudiata institutione nihi-
lominus legitimam portionem retinere potest, cur igitur
non hujus exemplo filius hereditatem repudiare &
legitimam retinere possit. Cui etiam accedit, l. filio
pater 87. ff. de legat. 1. in qua filio, etsi patris abstinerit
hereditate, legati petitio non denegatur: multo magis
igitur legitimam petere poterit, quam omni onere de-
tracto consequitur l. quoniam 32. C. de inoff. testam. Et
hanc sententiam ut veriolem approbant Bartol. in l. he-
reditarium 6. ff. de reb. auctor. jud. possidend. & Sibarthus ad
Auth. novissim. C. de in off. testam. num. 4.*

QUÆSTIO XI.

Quò titulò Legitima hodie relin- quatur?

Expediti & perspicui juris est, quod relinqui pos-
sit legitima quocunq; titulo, ut instituti heredis, legati,
fideicommissi vel donationis &c. l. Papinianus 8. §. 6. ff.
de inoff. testam. l. omnimodo 30. l. si quis 33. l. si quando 35. Au-
th. novissima C. eod. tit. Non autem minima Dd. con-
troversia est, An hodie jus illud per Nov. 115. cap. 3. sit
mutatum? Quidam Dd. ut Walthar. lib. 1. miscellan. c. 9.
Tessaur. decis. 58. Arum. Exerc. Justin. 10. thes. 18. & alii ne-
gant, verior autem videtur opinio affirmativa, quod
videlicet hodie solò titulò Instituti heredis relinqui
possit, Justinianus enim in alleg. Nov. 115. cap. 3. verbis
B 3 satis

fatis apertis hoc constituit, inquit: Sancimus igitur, non licere penitus patri vel matri, avo vel avia, proavo vel proavia suum filium vel filiam, vel ceteros liberos praterire, aut exheredes in suo facere testamento, nec si per quamlibet donationem, vel legatum, vel fideicommissum, vel alium quemcumque modum eis dederit legibus debitam portionem &c. Cujus correctionis ratio hæc datur, quod titulus institutionis omnibus aliis titulis honestior sit, testator enim Institutum heredem in suum locum substituit, arg. l. sed et si 3. §. 2. ff. de legat. præstand. aliam adhuc rationem habet, Bartol. in Novell. 18. de trient. & semiss. in pr. num. 4. ut pluribus refert Harprecht. ad §. igitur 6. Inst. de inoff. testam. num. 5. & seqq. ubi has rationes adducit, & permultos Dd. pro hac sententia allegat.

QUÆSTIO XII.

Quò tempore Legitima debeat?

Tempus, quo Legitima debetur, est tempus mortis, filiis igitur in vita patris Legitima non debetur l. 1. §. si impubere 21. ff. de Collat. bonor. Nam ut viventis non est hereditas l. 1. ff. de hered. vel action. vendit. l. 1. ff. pro herede. Et improbum esse Jctus Julianus eum existimat, qui sollicitus est de vivi hereditate l. 8. 2. ff. de Vulg. & pupillar. substitut. Ita nec Legitima ex bonis viventis debetur, cum hæc sit pars quadam portionis ab in-

ab intestato debita, hoc est, perventura, si intestatus
paterfamilias decessisset l. 8. §. 6. ff. de inoff. testam.
l. 8. C. eod. Idem autem jus est partis quoad partem,
quod est totius quoad totum l. 76. ff. de R. V. Vivius.
1. Comm. opin. 1. num. 199. Grafs. q. 12. Hancque opi-
nionem servari in Camera Imperiali testatur Myning.
Centur. 4. observ. 105. num. 5.

QUÆSTIO XIII.

*Au pater possit cogi, ut filiis suis solvat
Legitimam?*

Glossa quidem hoc affirmat, sed ex præcedentis
quæstionis resolutione satis apparet, quod ex illo fun-
damento, quod probatur, quod nulla Legitima ex bo-
nis viventis debeatur, etiam firmiter sit asserendum,
quod pater quamdiu vivit, ad solutionem Legitimæ co-
gi non possit. Quanquam enim Liberi vivo adhuc
Patre bonorum Domini dicantur, hoc tamen sit ima-
ginari tantum & improprie, propterea, quod de illis
alendi sint sicut pater, & spem habeant futuræ suc-
cessionis. Nec quicquam affirmat exemplum, quod
habemus in historia Evangelica Luc. 15. vers. 12. ubi di-
cit filius prodigus: *πάτερ, δός μοι τῶν ἑσθίων ἃς ἐγώ εἰμι
ἐσθίας*. Pater, da mihi portionem substantiæ, quæ ad me
redit. Licet enim Pater ibi fecerit, non tamen ad hoc
tenebatur de jure, & quilibet favori pro se introducto
renunciare potest. Jason in Auth. novissima C. de inoff.
Testam.

*Testam. Schneidvvin. ad §. sui autem Inst. de Heredum qua-
sitat. & differ. num. 4.*

QUÆSTIO XIV.

*An valeat statutum, quò cavetur, ut pro
delicto filii, pater legitimam solve-
re teneatur?*

Quia filius, vivo patre, in ejus bonis planè nullum
jus habet, neque ulla, uti supr. in *quest. 10. resolutione*
dictum, nisi mortuò patre legitima intelligitur, & ab-
surdum est, patrem ex delicto filii obligari, & circa ul-
lam suam culpam sustinere pœnam, hoc certè statutum
juri & rationi juris contrarium videtur *Dan. Moller. lib. 7.*
Semestr. cap. 6. num. 2. Sicuti tamen multa consuetudine
vel statuto contra jus commune introduci & recipi pos-
se tritum est, per text. in *l. 3. §. divus Adrianus ff. de sepul-
chr. violat.* Ita & hoc in nostro casu contra jus commu-
ne introductum, & usu receptum est, quod ex delicto
filii teneatur pater ad pœnam pecuniariam, pro quan-
titate legitima per *cap. referente 2. Extr. de delict. pueror.*
Gail. lib. 1. Observ. 36. num. 3. qui & plures allegat. *Gilck.*
de Vucapion. part. 3. cap. 3. num. 268.

QUÆSTIO XV.

*An Legitima legibus vel statuto tol-
li possit?*

Multis

Multis præclaris Ictis, ut Anton. Fabr. 15. error.
dragmat. 13. & 74. error. 7. Petr. Greg. Tholozan. 44. Syn-
tagm. jur. univ. num. 12. & seq. Johann. Sichard. ad Au-
th. novissima C. de inoff. testam. num. 6. hac in quæstione
nostra, placet affirmativa sententia; Sed negantium
opinio veritati magis consona, & Affirmantium senten-
tiæ præferenda esse videtur, hoc enim argumentò satis
illa probata est: Quodcunque jure naturali debetur,
illud legibus vel statuto tolli nequit, §. penult. Inst. de Jur.
Nat. Gent. & Civil. l. 6. ff. de just. & jur. l. 1. ff. de Usufruct.
ear. rer. Atqui Legitima liberis jure naturali debetur
l. scimus 30. S. illud 2. in verb. ne filius defraudetur debito natu-
rali & c. C. de inoff. testam. l. cum ratio naturalis 7. ff. de bon.
damnat. l. scripto h. re de 7. ff. si tab. testam. null. extab. Er-
gò Legitima legibus vel statuto tolli nequit. Arum. Ex-
ercit. 10. thes. 19. Matth. Stephan. Cent. 1. q. est. illustr. qu.
21. lit. c. Hancq; sententiam esse veriore, & in Came-
ra Imperiali multis præjudiciis confirmatam, scribit
Andreas Gail. lib. 2. observ. 122.

Et ita hac vice breviter præsentēs quæstiones re-
solvere volui, plura, quæ adhuc necessaria viden-
tur, in ipso Disputationis actu, quæ-
renti explicabo

SOLI DEO, à QUO OMNIA
BONA, GLORIA.

C

Ad

Ad Politis. & Doctissimum
Dn. Respondentem.

DE rebus Magnis Kilman sub Praside Magno
Dulcis amice loquens, laude vigere potes;
Laude vigere potes, dum volvois mente sagaci
Abstrusa in jure, maximus hic labor est.
Maeste igitur cœptis insiste tuis, DEUS astat,
Quo patriæ profus, sis decus atque tuis.

Amico suo fraterno sic g.
Christophorus Lindstedt Nob. Pom.

Bella licet, totoq; fremat Mars impius orbe,
Obrundant sonitu tympana terribili,
Martiâq; hinc studiis gens obstrepat ære canoro,
Ut fermè hoc leges tempore jam sileant.
Tu tamen interea, sacri penetralia juris
Pectore securus discutis intrepido,
O præstans animi juvenis, laudisq; paternæ
Æmulus ad culmen cæpitis, honoris, iter.
Istis perge viis istis æterna paratur
Fama, manus Lachesis quam superare nequit.

Habes Præstantissime & Literatissime
Dn. Respond. Fautor amice & Frater in-
comparabilis, poematum, quod flagi-
tasti Spensicium,
à Tuo

Johanne Adolpho von Schwerin
Nobil. Holfato.

Ode Chorijambica.

FAlluntur stolidi, qui sine sanguine
Victores satagunt premia consequi:

Sic stulti, absque labore

Juris premia qui petunt,

Nam quam difficilis sit labor, arduos

Per juris scopulos scandere, plurimi

Qui suscepta relinquunt

Juris munia, comprobant.

Nempè absteret eos assiduus labor

Hoc quem poscit opus: non ita territant

Te **KILMANNE** labores,

Quod scriptum satis arguit

Quod de **LEGITIMA** propositum probe

Defendis: studium hoc acriter urgeas;

Non te jura colentem

Jures premia deserent.

sic amico suo pl. honorando
gratulatur

JOHANNES von Bengerte

Osnabrug. Westphalus

L L. Stud.

Quod


QUOD THEMIDDS cultor scandis KILMANNE Cathedram.
CARPZOVIO juris præsidi percelebri
Indicio est te scansurum ad sublimia honorum,
Culmina Virtutis gloria namq; comes
Æmulus HATTENA an Socii es quem HOLSATIA clarum
IURISCONSULTUM, & SYNDICUM ad astra decus.
Tollit, an equali mox condecorabere honore?
Sic reor: & si quid mens vovet, opto boni
Cætera, sponte sua mihi munera crede sequentur
Est merito Virtus digna favore sui,
Cui Deus & fortuna favent Virtutis amico,
Ejus in amplexum Nympha petita, venit.
Gratulator interim ego, ut pergas acclamito, nam tu
Maxima pars patria, maximæ gloria eris.

Ita olim Commensali Sympatriotæ ac Con-
civi meo fraternè dilecto animitu
gratulator

JOHANNES PIPER.
Itzchoa Holsat.

FINIS.






ULB Halle
004 961 196

3



W177







JURIDICA
ITIMA,
b Hotomano

1631

18

TALE ARIA.

m.
O PROSPERANTE;
no Jctorum Ordine, in
ergensi, annuente;
ESIDIO
issimi ac Consultissimi
NI CARPZOVII
ptoris ac Fautoris sui
prosequendi;
ndam proponit
LPHUS KILMAN
Holfatus.
em 3. O Fobris
to Jctorum
matutinis,
ERGÆ,
DHANNIS GORMANNI,
D. C. XX XI.